Nobilissimo clarissimoque viro
D. Constantino Hugenio &c
C. Barlaeus s. p. d.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Mitto, Nobilissime,
exemplaria aliquot operis tui, quae sola supererant. reliqua omnia distracta sunt. Typographus noster iterum praelo commisit. quare si novas interpunctiones et accurationes transmittere libeat, fac ocyus, absque ulla mora. Illam interpunctionem, super qua usque adeo [illegible], ita reperi in apographo Hoofdiani exscriptoris, quod in typographeio etiamnum est. Tuum autographum consulere non licuit. quod apud Hoofdium etiam absentem asservatur. Nec video, ita me Deus amet, ullam insignem hallucinationem aut mendum in exemplaribus editis. Sensus optimus est,

En nu te bedde ligghe. quae mater respiciunt et sensum prioris discursus finiunt et claudunt. Post illud punctum alloqueris animam et dicis ad modum imperantis, Hier ligghe en gaer niet voorder, Mis hoeder. iace hic, Anima, ne progrediare ulterius. Nullum hic video ulcus. nihil hic pudendi, nihil quod Apollinem maiorem corrigere. Imo, si modo sensu, qui forte est ἀκατάληπτος abundare mihi concedas, posthaberem tuam lectionem. Non possim aspicere ullum grande acumen, si legas:

En nu te bedde ligghe, hier leit.

Sed de his alias. Hoofdius cum uxore Roterodami est. praevertit filia Constantia partus diem imaginarium. illa filiam peperit. Cum Tessela statariam iam pugnam aggrederis. ego vos commisi. Deus e machina commissos dirimat. gloriosum adversarium nacta est. nec tu ignobilem Camillam. totam Babylonem invadis. omnes bellatrices istius obsessionis studiis acerrimis. redeo ad te. Exemplar tuum, descripsi prius, ut amicis legendum et occasionem dederit.

Si Tesselam bene novi, non respondebit. amat discursus breves. ego illam ob virtutes summas veneror. hodie illi scripsi. Vivamus nostra Tessela atque mortuis [illegible] sed ut[illegible], omnes unius aestimemus &c. Tu dispensatione [illegible] ago [illegible] me insignissimo [illegible], praeposita si capite tuo illam velles confidere. Vale amicorum princeps incomparabilis. Amstel. 8 Febr. 1645.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Barlaeus) 167
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3895

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Barlaeus) 167
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3895

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Barlaeus) 167
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3895

Aen mijn heere
mijn heere Constantinus
Huijgens Ridder, heere van
Zuijlichem, raedt ende Secretaris
van sijn Hoocheijt,

franc

Haghe.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Barlaeus) 167
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3895